UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

Gratiarum actio post Missam. c. 44

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

Ad Amictum, dum illud ponit ſuper caput, dicat.

IMpone domine capiti meo galeam ſalutis, ad expurgandos diabolicos incurſus. Amen.

¶ Ad Albam, cum ea induitur, dicat.

DEalba me Domine, ⁊ munda cor meum, vt in ſanguine agni dealbatus, gaudijs perfruar ſempiternis. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad Cingulum, dum ſe cingit, dicat.

PRecinge me domine cingulo puritatis, ⁊ extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentie, ⁊ caſtitatis. Amen.

¶ Ad manipulum, dum imponit ad brachium ſiniſtrum, dicat.

MErear Domine portare manipulum fletus, ⁊ doloris: vt cum exultatione recipiam mercedem laboris. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad ſtolam, dum imponit collo, dicat.

REdde mihi Domine, obſecro, ſtolam immortalitatis, quam perdidi in preuaricatione primi parentis, ⁊ quamuis indignus accedo ad tuum ſacrum miſterium, merear tamen gaudium ſempiternum. Amen.

¶ Ad Caſulam, cum eam aſſumit, dicat.

DOmine, qui dixiſti, Jugum meum ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue, fac vt iſtud portare ſic valeã, quod conſequar tuam gratiam. Amen.

¶ Gratiarum actio poſt Miſſam. Cap. 44.

Antiphona.

TRium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes Dominum, Que Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.
Benedicite aquę omnes, quę ſuper celos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.
Benedicite ſol ⁊ luna domino: benedicite ſtelle celi domino.
Benedicite imber ⁊ ros dño, benedicite oĩs ſpiritus dei dño.
Benedicite ignis ⁊ ęſtus dño: benedicite frigus, ⁊ ęſtas dño.
Benedicite rores ⁊ pruina dño: benedicite gelu ⁊ frigus dño.
Benedicite glacies ⁊ niues dño: benedicite noctes ⁊ dies dño.
Benedicite lux ⁊ tenebrę dño: benedicte fulgura ⁊ nubes dño.
Benedicat terra dominum: laudet ⁊ ſuperexaltet eũ in ſecula.
Benedicte montes ⁊ colles domino: benedicte vniuerſa germinantia in terra domino.
Benedicte fontes domino: benedicite maria ⁊ flumina dño.
Benedicite cetę ⁊ omnia quę mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.
Benedicite omnes beſtię ⁊ pecora domino: benedicite filij hominum domino.
Benedicat Iſrael dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite ſacerdotes dñi dño: benedicite ſerui dñi domino.
Benedicite ſpiritus ⁊ animę iuſtorum domino: benedicite ſancti ⁊ humiles corde domino.
Benedicte Anania Azaria Miſael domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicamus patrem ⁊ filium cũ ſancto ſpiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula.
Benedictus es domine in firmamento celi: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Pſalmus.

Laudate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tubę: laudate eum in pſalterio ⁊ cithara.
Laudate eũ in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis, ⁊ organo.
Laudate eũ in cimbalis bene ſonantibus: laudate eũ in cimbalis iubilationis, omnis ſpiritus laudet dominum.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ⁊c. Deinde repetitur Antipho.

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant ſan-
cti in camino ignis benedicentes dñm. Deinde ſacerdos dicit.
Kyrielei. Chriſtelei. Kyrielei. Pater noſter. ℣. Et ne nos
inducas. ℟. Sed libe. ℣. Confiteantur tibi dñe oĩa opera tua. ℟.
Et ſancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabũt ſancti in gloria. ℟.
Letabũtur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis dñe non nobis. ℟.
Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dñe exaudi orat. ℟. Et clam.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.
Deus qui tribus pueris mitigaſti flãmas igniũ, ꝯcede pro-
pitius, vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vicioꝝ. Oro.
Actiones noſtras, q̄s dñe, aſpirando preueni, ⁊ adiuuãdo
ꝓſequere, vt cuncta noſtra oratio, ⁊ operatio a te ſemper
incipiat, ⁊ per te cepta finiatur. Alia oratio.
Da nobis, q̄s dñe vitiorum noſtrorum flammas extingue-
re, qui beato Laurentio martyri tuo, tribuiſti tormẽto-
rum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum. ℟. Amen.

¶ Poteſt et dicere ſacerdos, ſi vult, poſt miſſam oẽs ſequẽtes
orationes pro ſui deuotione, vel partem earum ad libitum.

Anima Chr̄i ſanctiſſima ſctifica me corpus Chriſti ſacratiſſi-
mum ſalua me. Sanguis Chriſti precioſiſſime inebria me.
Aqua lateris Chriſti puriſſima munda me. Sudor vultus Chri-
ſti virtuoſiſſime ſana me. Paſſio Chriſti piiſſima conforta me.
O bone Jeſu cuſtodi me. Infra vulnera tua abſcõde me. Non
permittas me ſeparari a te. Ab hoſte maligno defende me. In
hora mortis voca me. Jube me venire ad te: ⁊ pone me iuxta
te: vt cum angelis ⁊ archangelis tuis laudem te, per infinita ſe-
cula ſeculorum. Amen.

¶ Poſt miſſam poteſt dicere ſacerdos ſequentes orationes.
Oratio ſancti Thome ad Deum patrem.

Gratias tibi ago, dñe ſancte, pater oꝑs, eterne deus, qui me
peccatorẽ indignum famulum tuum nullis meis meritis,
ſed ſola dignatione miſericordie tue, ⁊ ſatiare dignatus es pre-
cioſo corpore ⁊ ſanguine filij tui dñi noſtri Jeſu Chriſti. Et pre-
cor, vt hec ſancta cõio non ſit mihi reatus ad penã, ſed inter-
ceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, ⁊ ſcutum
bone voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, cõcupiſcen-
tie ⁊ libidinis exterminatio, charitatis, ⁊ patiẽtie, humilitatis,
⁊ obe-

⁊ obedientię augmentatio: contra inſidias inimicorum oīum tam viſibilium ꝙ̄ inuiſibilium firma defenſio. Motuum meorum tam carnalium ꝙ̄ ſpiritualiū perfecta quietatio: in te vno ac vero deo firma adheſio: atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris, vbi tu cum filio tuo ⁊ ſpiritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſanctitas plena, gaudium ſempiternum, ⁊ iucunditas conſummata, ⁊ felicitas perfecta. Per eundem.

¶ Oratio ad beatiſſimam virginem Mariam.

O Sereniſſima ⁊ inclyta mater dn̄i noſtri Jeſu Chriſti, virgo Maria regina mundi: quę eundem creatorem omniū creaturarum tuo ſanctiſſimo vtero fuiſti digna portare: cuius idem ſacratiſſimum corpus ⁊ ſanguinem ſumpſi: ad ipſum pro me miſero peccatore intercedere digneris: vt quicquid in hoc ineffabili ſacramento ignoranter, negligenter, irreuerenter, ⁊ accidentaliter omiſi, tuis precibus ſanctiſſimis mihi indulgere dignetur. Qui viuit ⁊ regnat ⁊c. Alia oratio.

AVe ſanctiſſimū corpus dn̄icum in hoc ſacramento contentū: te cōfiteor labijs: te toto corde diligo, ⁊ totis viſceribus concupiſco: dignare (queſo) hodie infirmam aīam meam, te ſalutarem victimam ⁊ fontem oīum gratiarum recipere cupientē, tam clemēter ⁊ gratioſe inuiſere, vt medelam in corpore ⁊ aīa, tua ex pn̄tia gaudeam inueniſſe. Ne reſpicias dn̄e ad iniquitates, ⁊ negligentias meas, ſed ad miſerationes tuas infinitas. Tu nanq̄ es, per quem orbis terrę creatus eſt, ⁊ ſanatus: per quem oēs herbę, ⁊ cunctę res virtuoſę ſuas ſortiūtur virtutes. Tu es agnus ille immaculatus, qui hodie pro totius mundi redemptione patri ęterno victimaris. O manna dulciſſimum. O nectar ſuauiſſimum: confer ori meo tuę ſalutaris pn̄tię melliſluum guſtum. Accende in me charitatem tuam: ⁊ extingue vitia: virtutes infunde: gratiam adauge: ſalutem mentis ⁊ corporis tribue. Inclina queſo cęlos tuos, ⁊ deſcende ad me: vt tibi coniunctus, ⁊ vnitus tecum pariter vnus efficiar ſpiritus. O venerabile ſacramentum, per te (queſo) omnes inimici mei repellantur: peccata dimittantur: ⁊ omnia mala per tuam pręſentiā excludantur. Bonum propoſitum tribue, mores corrige, ⁊ omnes actus meos in tua voluntate diſpone. Intellectus ꝑ te Je-

ſu dulciſſimę hoc nouo lumine illuſtretur, affectus inflamme-
tur, ſpes roboretur: ⁊ vita mea emendata ſemper proficiat in
melius: ⁊ tandem conferatur exitus bonus. Amen.

¶ Alia Oratio deuota.

VEni dñe Jeſu Chriſte amor meus, ⁊ beatitudo mea, iucun
ditas mea, deſiderium meũ, ac vnica ſpes animę meę: ve
ni in cor meum: intra in animam meã: ⁊ munda eam a vitiorũ
ſordibus orna eam monilibus tuis: vt gratanter ⁊ delitioſe in
ea habites: ⁊ mihi miſero ſecuram ⁊ felicem in tuo amore quie-
tem tribuas: qui dignaris quieſcere ſuper humilem ⁊ quietum
⁊ trementem ſermones tuos: ⁊ delicię tuę ſunt habitare cum
filijs hominum. Veni (inquam) dulciſſime dñe Jeſu Chriſte
in animam meam: ⁊ eſto cum ipſa, atque munda eam. Veni dñe
dilectiſſime, ⁊ in pręcordijs meis immorari ⁊ habitare digne-
ris: vt per huius immortalitatis donum non damnãdorum iu-
dicium, aut vindictam reorum incurram, ſed tuo fultus auxi-
lio atria virtutum, ⁊ pacis epulas, ⁊ angelorum conuiuia lęta
adire merear. Qui viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum.

¶ Oratio ſancti Thomę de Aquino.

ADoro te deuote latens deitas, quę ſub his figuris vere la
titas. Tibi ſe cor meum totũ ſubijcit: quia te contemplãs
totum deficit. Viſus, guſtus, tactus in te fallitur, ſed ſolo audi-
tu tute creditur. Credo quicquid dixit dei filius: nihil veritatis
hoc verbo verius. In cruce latebat ſola deitas, ſed hic latet ſi-
mul ⁊ humanitas. Ambo tñ credens atq̃ confitens, peto quod
petiuit latro pęnitens. Plagas ſicut Thomas non intueor: deũ
tamen meum te confiteor. Fac me tibi ſemper magis credere:
in te ſpem habere: te diligere. O memoriale mortis dñi, panis
verus, vitam pręſtans homini, pręſta meę menti de te viuere:
⁊ te illi ſemper dulce ſapere. Pie pellicane Jeſu dñe me immun-
dum munda tuo ſanguine. Cuius vna ſtilla ſaluum facere totum
mundum poſſet omni ſcelere. Jeſu quẽ velatum nunc aſpicio,
quando fiet illud, quod tam ſitio? Vt te reuelata cernens facie
viſu ſim beatus tuę glorię. Amen. ¶ Alia orõ ad deum filium.

TRanſfige dulciſſime Jeſu medullas animę meę, ſuauiſſimo
vulnere amoris tui: vulnera viſcera aię meę, vera fraterna
⁊ apłica charitate: vt vere ardeat, langueat, ⁊ liqueſcat aïa mea
ſolo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolo ſemper amore ꝛ deſiderio tui: cupiat diſſolui ꝛ eſſe tecum. Da vt aīa mea te ſolū ſemper eſuriat panē angelorū, panem vite celeſtis, qui de celo deſcendiſti, ꝛ das vitā mundo, panem noſtrum quotidianum superſubſtantialem, habentem oē delectamentum, ꝛ oēm ſuauitatis ſaporem. Te in quem deſiderant angeli proſpicere, te ſemper ſitiat cor meum fontem vite, fontem ſapiētie, fontem eterni luminis, hubertatem domus Dei: te cupiat, te cogitet, te ſomniet, te ſuſpiret, te ambiat, te querat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur. Omnia operetur in laudem, ꝛ honorem noīs tui cum humilitate ꝛ diſcretione, cū dilectione profectu ꝛ perſeuerantia vſque ad finem. Ut tu ſis mihi totus oīa in omnibus. Ut tu ſis mihi ſemper tota ſpes mea, ſalus mea, fiducia mea, diuitie mee, dignitas mea, delicie mee, dilectio mea, oculus meus, amor meus, honor meus, theſaurus meus: in quo ſolo fixa ꝛ firma ꝛ radicata ſit ſemper mens mea ꝛ cor meum. Amen. ¶ Alia oratio ad Deum filium.

Domine Jeſu Chriſte fili dei viui, eſto mihi propitius indigno peccatori. Et qꝛ tu es vera via, dignare ꝑ hoc ſacr̄m corporis, ꝛ ſanguinis tui, qd accepi, omnē impietatem ac prauitatem prioris vite mee in laudem ꝛ gloriam nominis tui tranſmutare. Et cum tibi ad iudicium fuero preſentatus, noli me domine clementiſſime propter innumerabilia peccata mea dānare: ſed per hanc perceptionem redemptionis noſtre ab ira ꝛ a perpetratis facinoribus me digneris liberare. Qui viuis, ꝛ re.

¶ De celebratione duarum, vel triū miſſarū eadē die. Cap. 45.

Sunt nōnulli ſacerdotes, ob raritatē clericorum, aut eccleſiarū paupertatem, duas parochiales eccleſias obtinētes, quibus a iure conceditur celebrare duas miſſas in die. Hi vel quicunque alij ſacerdotes in caſibus a iure permiſſis bis in die celebrare volētes, nō debēt in prima miſſa poſt ſumptū ſanguinē ſe purificare, vel ablutionē digitorū ſumere: ſed poſt ſanguinis ſumptionē digitos ſuper calicē abluere, ꝛ ablutionē hmōi i aliqd vas mundū reponere, ꝛ alia die, qua vnā miſſam tm̄ celebrabunt, poſt ſanguinis ſumptionē, vel eadē die poſt dictam ſecūdā miſſam, de ea ſe purificare, ſeu poſt purificationē ꝛ ablutionē eiuſdē ſecūde miſſe eam ſumere. Plures aūt qͣ duas miſſas vna die celebrare nō licet, ſola die Natiuitatis Saluatoris no

ſtri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN